praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Atque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Jaworski Consorti Reformat & Statuet eandem

759

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Jacko Jaworski Iohnacowicz, Nobilis Stecko Jaworski, cum Nobili Anastasia Wierzchowska Consorte eius Legitima procreatus Filius, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit, Quia ipse Nobili Dorotheae Podhorodecka, Nobilis Stephani Podhorodecki, cum Nobili Catharina Turzanska Consorte legitima procreatae Filiae, suae vero Recognoscentis Consorti Legitimae, eiusque Posteris, Summam Quinquaginta Florenorum Polonicalium ratione verae dotis, et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae, necnon aliam similem Summam Quinquaginta Florenorum Polonicalium ratione certi, veri, iusti et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum

1842

obligationum, mobilium et immobilium, summarumque qua-
rumvis pecuniariarum, nec non auri, argenti, clenodi-
orum, unionum, margaritarum, vestium vestimentorum,
stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equo-
rum, equitiarum, ac totius supellectilis domesticae, nunc ha-
bitae et in post habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, in-
scripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, in-
scribit et reformat praesentibus, per ipsam Nobilem
Dorotheam Podhorodecka, sui Recognoscentis Consortem
legitimam, et ipsius Posteros, eandem medietatem Bo-
norum suorum generaliter omnium, cum universis ipsorum Uti-
litatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa
quavis, tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete
et pacifice utifruendi, ac ad usus suos suorumque
successorum quosvis beneplacitos libere et effectu-
aliter convertendi, vigore ac more aliarum Refor-
mationum hactenus et diutius in Regno Poloniae ob-
servari solitarum. Nihilominus isidem Recognoscens
Nobilis Jacko Jaworski Ihnacowicz, se suosque Succes-
sores in et super Bonis suis generaliter omnibus Sum-
misque pecuniariis quibusvis habitis et habendis, suc-
praescriptis Nobilibus Grehorio Podhorodecki, et Ca-
tharinae Turzanska Coniugibus legitimis, eorumque Po-
steris inscribit et obligat praesentibus, supramemoratam
Nobilem Dorotheam Podhorodecka, sui Recognoscentis
Consortem legitimam cum personali sui assistentia, vel
in eventum mortis Successores illius, ad abrenuntiandum de
Bonis Paternis et Maternis eandem in vim dotis et expedi-
tionis legitime concernentibus, ad Acta quaevis authen-
tica Regni vim perpetuitatis in se habentia, intra decur-
sum dimidii Anni adducere et personaliter statuere,

ab eaque vel eius Successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere, Idque sub Vadio Summae Centum Florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem Nobilem Jacko Jaworski Ihnacowicz vel eius Posteros suprascripti Nobilibus Hrehorio Podhorodecki et Catharinae Turzanska Coniugibus legitimis, sive eorum Successoribus, ob non statutionem suprascriptae Nobilis Dorotheae Podhorodecka Consortis suae statuendae, vel in eventum mortis Successorum illius ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Jacko Jaworski Ihnacowicz, vel eius Successores ad instantiam suprascriptorum Nobilium Hrehorii Podhorodecki et Catharinae Turzanska Coniugum legitimorum vel eorum Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, aliisque quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Offici

praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus Suspensionibus fatalis Iuris, Terrestri scriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eva dendo, Ita sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Dybowski Gorskiemu cedit.

757 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Albertus de Dybowo Dybowski, olim Generosi Alberti de eadem Dybowo Dybowski cum Generosa olim Anna Malczewska Consorte eius Legitima procreatus filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iunctis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto, nempe de Interesia certa inter Illustrem et Magnificum olim Michaelem de Zebrzydowice Zebrzydowski primo Ensiferum Regni, postea vero Palatinum Cracoviensem ab una; et Generosum olim Nicolaum Wolski parte ab altera: ratione Bonorum villae Zohatyn et Mysznica in Terra Sanocensi consistentium summaque Decem Millium florenorum Polonicalium, in eisdem Bonis haerentis et Con-